



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

**Tit. 8. De Dilationibus.**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](#)

3. Insuper pena ista non habet locum in causis spiritualibus & beneficialibus: veluti cum agitur de decimis, de jure patronatus, vel al quo beneficio, ne inde detur viciosus ad talia ingesus. Similiter nec in criminalibus, in quibus non ficta, sed liquidissima & luce meridiana clariores probationes requiruntur, *Catal. add. 1. 2. §. quod si a. n. 5.*

4. Cum vero procurator, speciale habens mandatum, non solum in domini constituentibus; sed etiam in animam propriam jurare debeat, *c. 2. §. procuratores eo. l. in 6. & d. l. 2. in princ. eō quod perinde atque ipse Dominus, extrahendo processum, vel injustam caussam scienter prudenterque defendendo, calumniari posset, queritur: an, si iurare nolit in animam suam, conuincia ipsius nocitura sit domino, ut supradicta pena locum adversus eum habeat?* Et licet benignior sit sententia, non habere (quia contumacia procuratoris nocet quidem domino in his, quae sunt parvi momenti, non vero in iis, quae mago sunt praedicti), qualis est pena non iurantis de calumnia; tamen habere locum de rigore iuris verius esse existimat *Gail. lib. 1. Observ. 89.* quia cum lex velit, ut procurator iurat de calumnia, etiam in animam suam, consequenter quoque velle videtur, ut, si non iuret, incidatio penam: alioquin iuramentum calumniae nullum produceret effectum, & lex non rebus, sed verbis posita esset, *contra l. final. Cod. de usuarii.* Deinde quia notum est, contumaciam procuratoris nocere domino, maximè in iis, quae pertinent ad iudicium processum, *juxta l. Si procurator C. De procuratoribus & l. Si remunerandi §. 1. D. Mandati.*

5. Denique pro complemento huius materiae sciendum, quadruplici esse iuramentum. Primum est decisionis, de quo in cap. fin. inf. *De jure jurando:* secundum est de veritate dicendi: tertium est de malitia, de quo fit mentio in cap. ult. eod. in 6. & praefatus vel ante vel post litigem contestata, *e. In causis inf. De testib.* sive iuramentum calumniae antea praestitum sit, sive non: & nou semel dumtaxat, sed tories, quoties est presumptio contra aliquem, quod malitiosè aliquid proponat, *cap. 2. in fin. eod. in 6. in causis seu civilibus, seu criminalibus, l. Thesaurus D. Ad exhibendum, sive spiritualibus: veluti si quis post publicationem testium*

*excipiat contra eorum personas, cum antea non sit protestatus, quod suo loco & tempore excipere veller, per text. in c. Presentium inf. De testib.* De pena nolentis jurare de malitia, vide *Gail. 1. Ob. 87.* Postremo quartum est iuramentum de calunnia: quod quo modo differat à iuramento de malitia, patet ex jam dicti: Quamvis autem iuramentum calumniae operetur, ut quis excusat á tacita & presumpta calunnia, nos tamen ab evidenti & expressa. Et ideo committens calumniam, etiam in causa civili, protest criminaliter accusati, finita causa, *Marsau 6. p. tit. De juramento.*

## TITULUS VIII. De Dilationibus.

### 5. I.

Dilatio quid sit, & quotuplex,

1. Dilatio quid sit.
2. Divisio in Legalem, Iudicialem, Conventionalem.
3. Iudicatum alias sunt Citoria, alias Probatoria, aliae executoria.
4. Citoria dantur reo ad comparendum in iudicio.
5. Iusto intervallo & tertio fieri debent.
6. Hodie dilations omnes sunt arbitraria.
7. Potest index una citatione peremptoria vel pluribus.
8. 9. Deliberatoria dilations dantur reo non atri.
10. Probatoria & actori & reo.
11. Suntque peremptoria omnes.
12. Index tamen ex causa plures dilations concdere potest.
13. In concessione earum servanda equalitas inter actorem & reum.
14. Executoria dilations quae dicuntur, & quando dentur.

**L**ite contestata, ac praestito utrumque calumniae juramento, solent litigatores petere indicias & dilations; actor quidem ad intentiōnem suam probandam, reus vero ad actoris petitionis respondendum, & exceptionem, si quam habeat, probandam.

1. Est autem Dilatio Judicialis, de qua hic agimus, nam datur etiam extrajudicialis, Speciālē.

colat. b. t. § 1. ) in genere iustum temporis internum, quoad aliquem actum judiciale commodius perficieundum conceditur actori vel reo, à lege, vel à Judge, vel ex conventione negartum. Unde secundum Abbatem in cap. 1. § 15. h. t. dividit potest in Legalem, Judiciale, (sumendo Judiciale), ut distinguitur à Legali, & ea, quæ ex conventione partium competunt) & Conventionalē.

1. Legalis est, quæ à lege (sabiatellige, vel statuto vel stylo Curiae vel consuetudine) conceditur, absque ministerio Judicis vel litigantium, s.t. § 4. D. *Dere judicata.*

Judicialis modo prædicto est, quam Judge ipse dat vel ex præcepto vel ex permissione legis, e. *Cum sit Romana inf. De appellationibus.*

Conventionalis est, quæ ex conventione partium competit, e. *Pastoralis* §. cùm autem sup. *De officio jud. delegati, l. De die D. Qui satis dare cogantur.*

3. Ut verò tres sunt judicij latè sumptuantes, prima à judicij præparatione usque ad litus contestacionem exclusivè, quæ potius præparatoria est, quam essentialis, secundum autē dicta, secunda à litus contestatione usque ad sententiam definitivam exclusivè, tertia à sententia usque ad ejus executionem inclusivè; ita dilationum Judicialium tres præcipue sunt species. Nam alia in prima judicij parte dantur, & dicuntur Citatoria & Deliberatoria: Alia in secunda parte conceduntur, & vocantur Probatoria: Alia denique in tertia parte, & sunt Executoria.

4. Citatoria dicuntur, quæ citatis seu in jus vocatis dantur, ad comparendum in judicio: neque enim citari quis regulariter ita potest, ut statim, relictis omnibus, comparere debeat, s. Et idē si primò sivead primam vocatus non veniat, vocandus est secundò & tertio iusto tamen tempore, ut minimum decem diecum, intervallo inter singulas citationes, l. *Ad peremptorium* 68 & duabus seqq. D. *De judiciis.* *Iuxtorandum* §. 2. Cod. eod sit. Quamquam sint, qui existimant de cem illos dies inter singulas citationes iure novi illimo esse auctos ad triginta Aut. *Quo semel Cod. Quonodo & quando judge.* &c. Verum hodie paucim in hoc intervallo utimur stylo cuiusque Curiae, qui est aliis atque aliis, potestque Judge hanc dilationem, pro rei

seu causæ & personatum qualitate, & temporis loco, umque distantia, augere vel minuere seu moderari, e. *Consuluis* 24. sup. *De officio delegati* l. 1. *Cod. b. t. l. In oratione D. de Feria* § 6. Et ob hanc causam jure Canonico ac moribus hujus iuris culi omnes dilationes à jure statuta dicuntur arbitriæ, Busius ad d. l. 68. n. 8. D. *De judic.* Non quia Judge eas denegare possit (nam si denegaret sine justa causa locus esset appellatio) Sed quia, ut dictum est, pro varietate circumstantiarum moderari eas potest vel protogare. d. e. *Cum sit Romana & ibi DD. & sic termini earum potius sunt arbitrii quam ipsa dilationes.*

7. Quinimò, si utique justa & necessaria subit causa, veluti proper viarum periculum, vel si celeritatem res desideret, potest pro terminis citationibus uti unicā peremptoria, e. *Cum ex literis in fine sup. De restit. in integrum, cap. Cum dilecti & c. ult. inf. De dolo & contumacia,* 2. l. *Contumacia D. de re judicat. l. Nonnunquam D. de judicis:* Quæ ideo peremptoria dicitur, quia perimit omnes alias, ut si non veniat peremptoriè citatus, habeatur & puniatur ut contumax, perinde ac si tet fuisset citatus. l. *Et terminum o. D. de judic.* & l. *Tres denuntiationes c. C. Quonodo & quando Judge &c. & tunc in citatione addendum est verbum, peremptoriè, ut in d. l. *Ad peremptorium & duabus seqq.* Dixi, si iusta & necessaria subit causa; quia etiam absque causa potest Judge, si omnino velit, una pro tribus, uti, Abbas in d. cap. 1 & cap. ult. & ibid. *Glossa hoc sit.* Quod intellige, quando citatio sit ad eum finem dumtaxat, ut inducatur contumacia judicialis, ut in e. *Quoniam frequenter sup. Ve lice non contestata &c. & dec. ult. h. t. nam locus est in causis gravioribus, ad privationem alicuius officij vel beneficii tendentibus:* Quia in talibus non sufficit una citatio pro tribus, sed distinctis citationibus & distinctis edictis operari, si de jure tripla citatio requiriatur Abbas & Joan. And. in e. *Ex tan. inf. De Cler. Non residend.* Cavendum tamen Judge, ne dum aliquem peremptoriè citari juber, nimis breve tempus ad comparandum desinat: Maximè, si de rebus Ecclesiasticis agatur, nisi urgat necessitas: Alioquin appellationi locus erit, d. i.e. b. s. Sola verò peremptoriij edicti seu citationis peremptoriæ ad signatio non est causa sufficiens ad appellandum. *Innoc. in a.c. l.**

T 3

Quan-

Quando autem quis uno edicto seu una citatione peremptoria pro omib[us] citandum sit, relinquitur Judicis arbitrio. Vide plenius Gail. t. Observ. 53. Batt. in d[e] ult[er] h[ab]it. DD inde 1. b. t.

8. Deliberatoria dilatio est, quæ datur reo, ut viso libello auctoris secum del[et] berare possit, an litigate velit, vel non. Et idem, si reus ex litigis citatorialibus plenè institui possit, ut si libellus fuerit citationi inservetus, non conceditur ei dilatio deliberatoria, e. 2. b. t. Nec est ratio, cur concedi debeat, cum dilationem petere videatur, tantum differendi judicij causa. Dantur vero de jure Novellarum viginti dies à die projecti reo libelli, Autem offeratur Cod. de iuris contestat. & aliquando plures pro distantiâ locorum, e. ult[er] h[ab]it. c. Dilecti sup. De procurat. Quin imò etiam iis exactis, pro varietate eorum, que utrumque intra judicij preparatoria agitando occurunt, variis aliis dilationibus locus esse potest; Veluti si reus velit Judicem, ut suspectam, recusare, & probare esse talēm, l. Apertissimi 16. Cod. de iudicis, vel impugnare rescriptum, quoad Judicem incompetentem vocarus est, l. 2. Cod. b. t. vel si velit auctorem suum laudare, quod vulgo dicunt ad gloriam vocare. l. 2. Cod. Vbi in rem affio, &c. vel petat demonstrationem & ostensionem rei petiæ sibi fieri, vel quid aliud simile: Nam dilatio ad unu[n]quemque actum judiciale debite peragendum, & ne quid præproperat fieri, dari potest major vel minor, pro arbitrio Judicis: In quo spectanda cuiusque Curiæ consuetudo.

9. Dixi deliberatorias dari reo, non etiam actor; quia actor instrutus venire potest & debet, d. l. 2. Cod. h. s. l. Qui in alterius D. de reg. jur. quippe qui tantum temporis habuerit, quantum voluit, ad deliberandum secum, quo modo & quando actionem suam institueret. Numquam vero datur dilatio ad id, ad quod quis instrutus esse debet. c. Littera h. s. l. Si quando Cod. b. t. c. Littera inf. de presumpt.

10. Probatoria dilatio est, quæ lite contestata præstitoque calunnia: Juramento, datur auctori ad suam intentionem, & reo ad exceptionem probandam, considerata locorum intercedente, ubi probatio facienda est, d. c. 1. h. t. \* 11. Et hec in causis civilibus regulariter est peremptoria. Mysl. Cent. 1. Observ. 71. Gail. 1. Obs. 91. ac perinde non nisi semel dati debet in singulis ju-

diciis actibus, singulisque negotiis emergentibus, l. 1. in fine Coa. cod. in oratione & l. fin. præc. D. Defensis & licet non apponatur in ejus concessione verbum peremptoria, tamen ex iuri dispositione illud subintelligitur. Maranta 6. p. 11 t. de dilat. Nec ulla hac in parte est differentia inter auctorem & reum, nisi quod Jūdex date possit longiorem dilationem reo, quam auctor eo quod non perinde reus patatus possit venire ad judicium, sicut auctor. Utilitas ratiociniantum causa recepta est, ut justis de causis Jūdex ad eundem actum, veluti ad convincendam contumaciam, secundam, in d[icitu]r tertiam & quartam dilationem imp. tituli possit, aut si inopinatum impedimentum emerget, ob quod non potuerit ante res perfici, d. l. in oratione: Vel si, his prima dilatione, supervenient hec quatuor probationes: In quo probando statutum juramento petentis secundari vel ulteriorem dilationem e. Pastorale inf. De exceptionib. vel si alia similis subsit causa. Non ratiocinaliter Jūdici permittitur plurimum dilationum concessio, quam sille necessaria sint, & non super vacua, l. 1. Cod. l. intratempora &c. & ratius non aliter, quam causa cognita, l. 4. Cod. cod. Si vero dilatio datur absenti, ea idem non currit, nisi à die intimationis; nec dicitur, quo sit intimatio, imputatum. Maranta 6. p. n. 14.

11. Tamen autem dilationes omnes, ut dixi antea, sunt Jūdici arbitriæ, etiam legales, Maranta d. loco. nu 15. & 16. Gail. 1. Observ. 85. n. 13. tamen semper inter auctorem & reum levanda est æqualitas, ut quantum temporis auctori datur, tantum detur etiam reo, si petat, cum ejus partes sint favorabiliores, l. Favorabilres 125. D. De reg. turis c. Non licet eod sit, in b. & judicium claudicare non debat, c. 1. De sem. & re jud. in b. cap. Novit & ceterum sup. De judicis. c. Cum inter, & ibi Glossa in V. judicare inf. Decept. Gail. d. Observ. 89. Hinc dilatio probatoria, quæ datur in iudicio, semper est communis: Ut si detur una parti, proficit etiam alteri. Petenda 6. Cod. De temporib. in integ. restitu. Maraut. d. loco. In capitalibus tamen concessis reo tres dilationes, accusatori duæ, etiam causa non cognita, dari possunt, l. fin. in fine D. De Fersis: Quia in iis causis maius verius præjudicium litigatorum, Excipitur causa criminalis adulterii, in qua nulla dilatio danda, nisi ut per-

per sonz exhibeantur; aut Judex, negotii qualis motus, & causâ cognitâ eam concesserit, l. bormine 41. D. De adulterii.

13. Cùm verò dilatio omnis probatoria sit preemptoria, ut dictum est, quæritur, an infra terminum datum ad probandum debeat probatio absolvî, an verò facta, postquam dilatio probatoria expravit, valeat? Responsio penet ex forma concessionis dilationis, qua de re videatur Peltius in *Processu judiciorio* tit. 41. annum 65.

14. Executoriæ dilationes sunt, quæ dantur condemnato ad satisfacieendum & sunt quantum mentium, c. Quareni sup. *De officio delegati*, l. & 3. Cod. *De usuris rei judic*. l. Si debitor D. Dejudicetur. Hæc dilationes non habent locum in rebus, neque in criminalibus: Nam in his execuclio non differunt, nisi certis casibus, notarii per Hostien, in *Summa* 1. *De officio delegati* 6. Quæ jurisdictione versic quamvis: Velati cum Princeps jubet aliquem actius solito puniri; cum mulier prægnans damnatur ad mortem; cum damnatur servus ratiocinij obligatus; cum teleago adsignanda est insula.

Denique quia dilationes omnes hodie & de jure Canonico diximus esse arbitriatas, id & Tridentina Synodus Sess 25. cap. 10 in fine, admonet tam ordinarios, quam alios quoque cumque Judges, ut terminandis causis, quanta fieri posset, brevitati studeant, ac litigatorum artibus, seu in litis contestatione seu in alia patre judicii decernenda, modis omissibus, aut terminis præfixione aut competentalia ratione, occurant.

### §. II.

An & quatenus dilationes prorogari possint.

1. Primam dilationem prorogari non posse.
  2. Quartam ex legiimata causa posse.
  3. Dilations à iudice dari solita prorogari possunt.
  4. Prorogatio dilatione major esse non debet.
  5. Tempora dilationum sunt continua.
1. Primam dilationem probatoriam prorogari non posse docet Gail. 1. *Observat.* 91.

quia super sit secunda & tertia; imò & quarta, quando de justo constat impedimento, & quia dilationes sicut amputandæ. lib. 2. *Cod. de tempor. appellat.* neque ad extra ordinarium prorogationis remedium deveniri debeat, quando super est ordinarium, *juxta l. In causa cognitione* D. *De minoribus*. Imò, si in prima dilatione multi fuerint testes producti & examinati, non esse demandam secundam & tertiam dilationem docet et Glossa in e. *In causis in V. productionem h. tit* quia multitudo testium refrænanda, c. *Significatur in inf. De testib.* Gail. 4. loco n. 2.

2. Quartam vero dilationem posse ex legitima causa prorogari, cum eadem solemnitate, qua data fuit, licet non facile prorogari debet, docet ibidem Gail. 4. loco n. 2.

3. Similiter prorogari possunt dilationes, quæ à JUDICE dantur, veluti ad contestandam item, ad repondendum libello actoris. Imò facilius prorogari potest hujusmodi dilatio, quam nova dati: *Iuxta Gloss. in lib. fin. Cod. de feriis*, dummodo intra terminum prorogatio petatur: Alioquin eo lapsò prorogari nequit, cum prorogatio nihil aliud sit, quam divisionis labentis, nondum lapsæ extensio, l. Sed si manente D. *De precario*, l. Bonorum D. *Rem ratam haberi*. Et ideo lapsò termino non prorogatio, sed novus terminus seu nova dilatio petenda est, eaque ex causa dumiraxat concedenda. Dicitur autem nova dilatio, cùm finito termino prioris alia datur.

4. Non debet autem prorogatio esse major dilatione, Ruder. Rulandus p. 1. *De Commissar.* lib. 2. c. 10 apud quem c. 9. vide, quomodo dilationes prorogari possint; quæ solemnitates in prorogatione quartæ dilationis requirantur; quo modo contra prorogationem petitam adversarius protestari debeat. Vide & Mcroch. *De arbitr. l. 2. casu* 25.

5. Cæterum tempora dilationum omnium sunt continua, Glossa in l. 2. D. *De diversis & temporal. prescript.* ita ut comprehendantur tam dies feriari & solemnites, quam non feriati. Ad c. ut ne quidem repentinis feriis interpolentur: Nisi quod, his supervenientibus, subductisque iisdem beneficio restitutions, alij toridem dies subrogentur, l. Sed et si 26. §. *sist. via 7. D. Ex quibus causis*

*majores &c.*

§. IV.

## §. IV.

## De effectu Dilationum.

1. Excusat dilatio à pena & mora.
2. Adveniente die habet vim sententia interlocutoria.
3. An dilatio tolli possit.

**E**ffectus dilationis est, quod excusat à pena ac iusta, & ea durante, officium conqueratur Judicis, nihilque sit agendum, aut innovandum quoad articulum seu capitulum, super quo data est, c. 2. &c. Praterea h. s. l. 3. C. eod. adeo ut, si quid innovatum fuerit, ipso jure sit nullum, nec queat validari de consensu partium Calvol. in Praxi § Dilatio conclus 6 n. 2. Alioquin quoad alium articulum non conqueretur officium Judicis, pendente dilatione: Sicut nec finita causa dilationis, quia eā finitā immmediatē finitur & dilatio: Ut si fuerit alicui data dilatio decem dierum ad comparandum, & curatus comparuerit in primo die, dilatio illa est perempta, & nullatenus conqueretur officium Judicis, Calvol. d. loco num 3. & 4. ubi subiungit possit etiam Judicem, pendente dilatione, le intromittere ad favorem ejus, cui data fuit dilatio: Parique modo suspectum de fugaposte pendente appellatione capi.

**S**ecundū, effectus est dilationis, quod ubi dies seu terminus eius venit, regulariter habeat vim sententiae interlocutoriae. I. Qualem D. De receptione arbitrii, & perimitacum, qui in assignato dilationis termino fieri debuit, Ita ut pars postmodum compareas amplius super eadem re, nisi ex magna causa, audiri non debeat, l. 1. & ult. D. De feriis.

Qua forma autem, & ob quas causas, denuntur dilationes, vide plenius apud P. Tholos in Syntag. Iuris universi lib. 48. cap. 8. num. 17. & seqq.

**S**i vero queratur, an dilatio tolli possit, dicendum, legalem nunquam tolli posse, ne quidem in causis summarioribus, in quibus procedi potest sine strepitu & figura judicii: Nec etiam in causa dotis, Calvol.

d. loco conclus 7. n.

I. 2. & 3.

## LIB. II. TIT. IX.

## TITULUS IX.

## De Feriis.

1. Feria à Dilationibus in quo distinguuntur.
2. 3. Feriarum nomine quid intelligatur: Et nominis.
4. Alia sunt Solemnes, alia repentina seu Extraordinaria.
5. Solemnium alia ad cultum divinum instituta, alia ob necessitates Eccl.
6. Illis renuntiari non potest, his potest.
7. Quanam tempore feriarum expediri possint.
8. Alia differentia predictarum feriarum.
9. Prohibentur feriis ad cultum divinum instituta opera servilia.
10. Prohibeniur item mercatus, placitum, iudicium ad mortem, &c.
11. 12. Quid nomine Mercatus & Placiti instituuntur.
13. Quaritur, an citatio die festo vel ad diem festum fieri possit.
14. Item an testes die festo examinari possint.
15. Die festo appellari nonem permisum esse.
16. Quis focus attendi debeat in farnis observandis.
17. An exempti dies festos, ab Episc. statutis, servare tenentur.

**U**eradmodum, dilationibus durantibus, officium Judicis in foro contentio soluconquiescit, ita & durantibus feriis: Ideo queritur Titulo de Dilationibus subjicitur hic Tit. De Feriis, prædictum cum feria sint quædam dilationes, quæ à jure dantur. \* 1. Licet à dilationibus in eo distinguantur, quod intra dilationem tempora ea peragi possint, imò debeant, ad quæ peragenda, dilationes conceduntur: Tempore vero feriarum nullus contentiojurisdictionis actus regulatiter exerceri queat.

**S**ed etiam Feriæ hic generatim dicuntur dies seu tempora, quibus forensis strepitus & contentiojurisdictionis exercitium planè conquiscere juberet, ut constat ex lib. 5. D. tit. Et ideo dictæ sunt Justitium, quod justum statu-